



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

131. An Canonici confabulantes in Choro, aut exercentes aliquas actiones
præfatæ attentionis externæ repugnantes, teneantur ad restitutionem
distributionum quotidianarum? Ex part. 2. tr. 12. res. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

Ref. 119. §. solum pro debitis contractis, si extarent, vel etiam pro contrahendis, ita ut sit quedam anticipata solutio. Limitat tamen hanc sententiam Escobar n. 19. dum tempore facta Eleemosyna, aut postea Beneficiarius eam applicuit alicui operi, aut necessitati, aut pro remissione peccatorum, pro animabus Purgatorii, aut pro alio opere pio: quia tunc ab hac specialia applicatione recedere non potest, nec facere compensationem cum debitis restituendis ratione omissionis Diuini officij, quia illa applicatio aequiualet donationi perfecta, quae reuocari non potest. l. 3. §. fin. Cod. de reuocand. donat. l. fin. Cod. de V. sucap. pro donato, cum similibus, & applicans post applicationem, & donator post donationem nihil sibi debitum retinent cum quo valeant compensare quod debent.

RESOL. CXXXIX.

Quidam Canonicus recitabat Officium, non tamen canendo cum aliis in Choro, quaritur, an hoc facere poterit sine peccato mortali, & distributiones quotidianas lucrari. Ex p. 2. tr. 12. Ref. 6.

Sup. hoc in Ref. seq. & in alio §. eius prima not. Sed pro omni doctrina huius Ref. vide infra Ref. 131. & alias eius annot.

§. 1. Difficilis est haec quaestio: nam pro parte negatiua sunt hi omnes: Beja in resp. p. 1. cap. 55. Sotus de iust. lib. 16. quasi. 5. artic. 4. Nauar. de oratione, c. 13. n. 17. Grassus dec. lib. 2. c. 51. num. 12. & cap. 2. n. 22. & c. 53. n. 4. 5. & 21. Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 13. n. 8. Columna de redditib. eccles. p. 3. cap. 34. n. 19. Pinellus in leg. 1. C. de bon. mater. p. 3. num. 16. Rodriguez in sum. tom. 1. cap. 43. n. 5. Zechius in sum. part. 2. cap. 83. n. 12. & Summa Corona p. 1. cap. 2. & alij citati à Moneta de distrib. quotid. p. 2. q. 2. num. 31. & à Garzia tract. de beneficiis, tom. 1. p. 3. cap. 2. n. 513. Et ne dura, ait Comitulus lib. 1. quasi. 62. num. 3. videatur esse haec sententia, sciendum est, ita declarasse sacram Congregationem Illustrissimorum Cardinalium. Probatur haec opinio: nam institutio canonicatum est, non ut adsint tantum in choro; sed ut canendo assistant: & ob id eis dantur distributiones. Ergo, si id non praesent, peccabunt, nec poterunt distributiones retinere. Antecedens patet ex autoritate Concilij Basileensis sess. 21. §. 3. Et in Concilio Aquisgranensi cap. 131. dicitur: [Canonicis religiosissime in choro standum, & psallendum est.] Et in Concilio Tridentino sess. 24. c. 12. sic habetur: [Omnes verò diuina, & per se, & non per substitutos compellantur obire Officia, atque in choro ad psallendum institutos, hymnis, & canticis Dei nomen deuote laudare.]

2. Sed, licet haec opinio de iure antiquo, & ex institutione Officij Canonicorum sit vera; tamen hodie, ratione consuetudinis, contrariam sustinendam esse iudico cum Lessio lib. 2. c. 34. dub. 33. n. 85. Raphaël de la Torre in 2. 2. tom. 1. quasi. 83. de Horis Canonicis, cont. 10. disp. 7. sol. mihi 357. Pet. Nauarra lib. 2. de rest. c. 2. n. 2. 17. Aragonio in 2. 2. quasi. 83. art. 12. dub. ult. Garzia de benef. tom. 1. p. 3. c. 2. n. 527. & Cenedo in suis quasi. canon. q. 2. vbi fuse confirmat hanc opinionem. Et idem docet Riccius in sua praxi, tom. 2. resol. 362. num. 3. Ioan. de la Cruz in direct. cons. Præcep. 3. art. 5. dub. 7. concl. 4. & Petrus Ledesma tom. 2. tract. 9. cap. 3. cono. 31. Vide etiam Gauntium in Comment. ad Rubr. Miss. tom. 2. tr. 1. C. 5. tit. 5. num. 3.

3. Ad responsum Cardinalium, quam assertit Comitulus, responderetur, de illa non constare authentice. Ad Concilium Basileense, & Aquisgranense responderet Cenedo vbi supra, num. 16. ibi non præceptum, sed consilium dari: vtuntur enim Patres ver-

bo, debent, quod consilium denotare videtur. Quod si aliquis contendat esse præceptum; respondemus iam consuetudine legitime præscripta esse derogatum. Ad Concilium verò Tridentinum ait Lessius, vbi supra, num. 186. præceptum illud non dirigi ad Canonicos, sed ad Prælatos, vt conuenientibus iuris remedijs Canonicos cogant, vt canant in choro. Unde peccant Prælati, si id negligant; non autem Canonici sua consuetudine vtentes quandiu à Prælati non vigentur. Sed hæc Lessij responsio mihi non placet, ex eo, quod Concilium dicens, quod Canonici compellantur per se obire Diuina Officia, atque in choro psallere, vult eos ad id teneri: & ait, quod ad id compellantur, vt tanquam ad rem, ad quam tenentur: nam compulsi, & executio præsupponit obligationem. Dicendum est igitur, Concilium in hoc non esse receptum, sed eandem consuetudinem post illud durare, & esse continuatam, quia Episcopi, & alij Superiores non curant in hoc illud executioni mandari, sicut & alia multa. Unde clarum est, non obligare. Vide Azorium p. 1. lib. 10. cap. 11. q. 6. Squillante de obligatione Cler. p. 1. q. 29. num. 19. Reginaldum tom. 2. lib. 18. cap. 13. n. 175. & Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 12.

RESOL. CXXX.

An qui submissa voce, aliis canentibus, persoluit Horas Canonicas, possit percipere distributiones. Ex part. 2. tract. 12. Ref. 33.

§. 1. Respondent communiter, satisfacere obligationi Diuini Officij recitandi, sed non posse distributiones quæ canentibus conferuntur percipere.

2. Sed ego puto cum Filiucio tom. 2. tract. 13. cap. 6. num. 196. & Martino Bonacina tract. de Horis Canon. disp. 1. quasi. 3. punct. 11. n. 17. ita submissa voce recitantem, posse percipere mediam partem distributionum, quia non deest in totum suo muneri, cum assistat Choro, Officium submissè recitet & ceteros audiat. Quam quidem doctrinam, aduersus Bonacianam, Villalobos in sum. tom. 1. tract. 24. dub. 10. num. 9. & Portel in dubijs Regular. ver. Hora Canonice, num. 15. putant procedere etiam in casu quo Canonicus non caneret, sed tantum assisteret, quia distributiones etiam pro assistentia conferuntur. Igitur Canonicus assistens, & non cantans potest sibi medietatem distributionum retinere. Et ita docet Beja part. 1. cap. 55. & Carolus Macigni tract. de Horis Canon. c. 68. n. 3. & alij.

RESOL. CXXXI.

An Canonicus confabulans in Choro, aut exercentis aliquas actiones præsertim attentionis externe repugnantes, teneatur ad restitutionem distributionum quotidianarum. Ex p. 2. tract. 12. Ref. 7.

§. 1. Teneri putat Petr. de Ledesma in sum. tom. 2. tract. 9. cap. 4. concl. ult. diff. 1. & 2. Raphaël de la Torre in 2. 2. tom. 1. q. 83. de Horis Canonicis, cont. 19. disp. n. 5. Vega in sum. p. 1. c. 128. cap. 10. & p. 2. c. 102. circa fin. Lopez in instr. tom. 1. c. 146. Summa Corona p. 1. c. 1. n. 93. Squillante de oblig. Cler. p. 1. dub. 30. n. 2. Suarez de relig. tom. 2. lib. 4. c. 14. n. 9. Sot. de iust. lib. 10. q. 5. art. 4. Grassus dec. aur. lib. 2. c. 51. n. 12. & c. 52. n. 22. Arag. in 2. 2. q. 83. art. 12. & alij. Et ratio est: quia ita, v.g. confabulando, non solum non habent attentionem internam, sed neque externam.

3. Ergo

1. Ergo non satisfaciunt præcepto assistendi in choro, & ideo non possunt lucrari distributiones: sed idcirco, quod non possit dici quis præsens esse alicui rei, cum ad aliud attendit. l. coram Titio. ff. de verb. signif. Ergo, &c.

RESOL. CXXXII.

An Canonici confabulantes, dum chorus cantat, accedunt distributiones quotidianas? Et an tamen illas restituere, si in choro, vel privatum non recitent Horas Canonice?

1. Pro negativa sententia adduxi in 1. part. tract. 2. de Horis Canonice, resol. 7. Suarez, Sotum, Aragonum, Monctam, Cenedum, & alios, tamen aliqui, vt ibi adnotavi, affirmatiuam sententiam asserunt, cuius probabilitatem alii iudicandam reliqui, sed modo assero dictam affirmatiuam sententiam esse probabilem, & ideo nouissimè illum tenet Thomas Sanchez in opusculo. tom. 2. lib. 2. cap. 2. dub. 100. num. 2. vbi sic ait. Canonici non attendentes, imò confabulantes in Choro, lucrantur distributiones, nam dantur Canonice pro assistentia in choro, & vt chorum sua præsentia authorizent; item quia sic vsu receptum est. Hanc sententiam tenet Henríquez à me consultus, & quamplurimi ex recentioribus admodum docti Magistri, & hæc videtur mihi probabilior. Ita Sanchez.

2. Ex his inferitur contra Petrum Navarram lib. 2. de rebus. cap. 2. num. 224. & 225. & Petrum de Aragonum. in 2. 2. D. Thom. q. 83. art. 13. in fine, Canonicos qui assistunt choro, licet nec in choro, nec privatum recitent Horas Canonice, non tenent restituere distributiones quotidianas, quia dictæ distributiones dantur pro assistentia in choro, & sunt stipendii illius assistentæ; ergo. Deinde in Concilio Lateranensi non recitantes tantum obligantur ad restituendos fructus beneficiorum, sed distributiones non includuntur sub nomine fructuum; ergo. Ita Sanchez vbi supra dub. 101. n. 2. & alij docti, recentiores, & hæc sententia mihi videtur satis probabilis.

3. Notandum est etiam hic obiter contra Sylvestrum ver. Hora, q. 10. Angelum eodem verb. n. 25. & alios, Canonicos non assistentes in choro, nec recipientes distributiones quotidianas, non peccare mortaliter, nisi sequatur detrimentum cultus.

diuini. Ita Sandoval lib. de offic. Eccl. p. 5. c. 8. Tabiena verb. Hora, n. 28. & alij. Imò in tali casu nullo modo peccare, nisi, vt diximus, sequatur detrimentum cultus diuini, putat Medina in 1. 2. q. 6. art. 4. ad 2. Verum si absque iusta causa Canonici in tali casu abesset à choro, peccaret tantum venialiter, docet Sanchez loc. cit. dub. 112. num. 6.

RESOL. CXXXIII.

An Canonici seu Prebendati, qui Choro assistit confabulando, possit, hoc non obstante distributiones lucrari? Et quaritur, quibus peccatis peccet Presbiter Chori in suo Officio? Et pro praxi huius difficultatis adducuntur sex peccata, vel sex casus, in quibus potest peccare presbiter Presbiter Chori ratione sui Officii. Et an Canonici, qui non recitant Officium neque in Choro, nec extra Chorum, teneant restituere distributiones, si tantum assistat Choro? Ex part. 10. tr. 13. & Misc. Ref. 10.

1. DE hac questione à nobis alibi actum est, & alia nouissimè, in quadam Congregatione coram Eminentissimo Cardinali N. à viris doctis me etiam interueniente, fuit late discussa. Pro affirmatiua sententia adduxi Machadam de Presbitero Confessor. tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 3. docum. 5. num. 2. vbi sic ait: La segunda question es: si ya que el Prebendado no tenga obligacion de cantar, por lo menos la tenga de estar en el Coro con atencion, y no dormiendose, ó parlando, para poder ganar las Distribuciones cotidianas. Probable opinion es que deve estar con atencion; porque lo mismo viene à ser no asistir en el Coro; que estar en el dormido ó parlando. Si bien la mas comun, y recibida opinion de los Doctores modernos es que el Prebendado gana las Distribuciones, fundase en que estas se dan a los Prebendados porque assisten en el Coro, lo autorizen, y honoren con su presencia; lo qual se cumple con sola la presencia corporal, y assi dicen estar en vso. Ita ille; cui adde nouissimè doctum Martinum de S. Ioseph in Monita Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. de Orat. n. 13. sic asserentem. Por la misma razon juzgo por mas probable la opinion de Garcia de Beneficiis, tom. 5. p. 3. c. 2. n. 214. Medina in Summa, lib. 1. c. 14. §. 11. Sanchez vbi proxime, dub. 100. que afirma, que consulto sobre ella al Padre Henriquez, y a hombres doctissimos, y que sentieron como el, y que esta puesto en costumbre, que los Canonicos, que no solamente no cantan en el Coro, ni tienen atencion al rezo, antes estan hablando mientras dura el Officio diuino ganan las distribuciones cotidianas; porque dependen sin otro requisito de la asistencia corporal, como las ganan los Clerigos, que van al mortuorio, y sin rezar por el difunto parlan, y se entretienen: es contra Navarrum, in cap. Quando, c. 13. Petrus Navar. lib. 2. de rebus. cap. 2. num. 102. & 103. Arag. citat vbi infra, num. sequenti, & alios, Hucusque Martinus.

2. Sed si stando in opinione negativa, cui ego adhaereo cum Doctoribus, quos citat, & sequitur Pater Baldellus in Theol. mor. tom. 2. lib. 3. disp. 42. num. 13. disp. 37. num. 17. & disp. 34. num. 3. cum seqq. cum Fragoso de Repub. tom. 2. lib. 10. disp. 22. §. 5. n. 4. & Lessio in Auctario casuum conscientia post. 1. 2. D. Thome, ver. Hora Canonice, num. 25. v. v. Præfectis Chori. Vnde non grauabor hic apponere verba Ioseph Rogasfulli in Praxi Theol. Moral. tom. 1. part. 2. lib. 3. de Oratione vocali, cap. 20. num. 128. vbi sic ait: Videmus in speciali quibus peccatis peccet Presbiter

Alibi in duabus præcedentibus Ref. & lege alias earum primarum annotationum.

ANNAE
BIBLIOTHECA
MUSEI
HISTORICO-NATURALIS
MADRID

